


Santiago Segura Munguía

Método de Latín II

Incorpora Clave y Vocabulario Latino

Nueva trilogía sobre la lengua latina



Método de Latín II

Incorpora clave y vocabulario latino

Santiago Segura Munguía

Método de Latín II

Incorpora clave y vocabulario latino

2012
Universidad de Deusto
Bilbao

Serie Letras, vol. 56

Ilustración de la portada: Altar erigido por C. Torranus, sacerdote del culto a Hércules, en honor de los dioses Zeus y Hércules.

M.A.V.N., Antiquitates sacrae & civiles Romanorum explicatae,... perteneciente al Patrimonio Bibliográfico de la Biblioteca Universitaria de Deusto.

Cualquier forma de reproducción, distribución, comunicación pública o transformación de esta obra sólo puede ser realizada con la autorización de sus titulares, salvo excepción prevista por la ley. Diríjase a CEDRO (Centro Español de Derechos Reprográficos, www.cedro.org) si necesita fotocopiar o escanear algún fragmento de esta obra.

Diseño de portada: @LIT Images

© Publicaciones de la Universidad de Deusto

Apartado 1 - 48080 Bilbao

e-mail: publicaciones@deusto.es

ISBN: 978-84-9830-406-0

Índice general

Presentación	9
Ejercicios de sintaxis	11
<i>Los adjetivos y numerales</i>	13
El adjetivo comparativo	13
El adjetivo superlativo	13
Los numerales	14
<i>Los pronombres</i>	15
Pronombres personales y pronombres-adjetivos posesivos	15
Pronombres-adjetivos demostrativos	15
Pronombres-adjetivos relativos	16
Pronombres-adjetivos interrogativos	17
Pronombres-adjetivos indefinidos	17
<i>El verbo</i>	21
Uso de los tiempos del tema de presente en oraciones principales	21
Uso de los tiempos del tema de perfecto en oraciones principales	22
Expresión del ruego, de la orden y de la prohibición	23
El infinitivo	23
Los participios	25
Gerundio y gerundivo	28
Supino	30
Conjugación perifrástica	30
Algunos aspectos especiales de la concordancia	31
<i>Sintaxis de los casos</i>	33
El nominativo	33
El vocativo	33
El acusativo	33
El dativo	36

El genitivo.....	39
El ablativo.....	42
<i>Sintaxis de las oraciones.....</i>	47
Oraciones simples.....	47
Oraciones yuxtapuestas y coordinadas	48
Oraciones completivas	48
Oraciones de relativo	52
Oraciones circunstanciales	53
Instituciones romanas	59
I) La vida familiar	61
Lecturas latinas	67
II) La vida urbana	75
Lecturas latinas.....	80
III) La vida económica.....	89
Lecturas latinas.....	93
IV) La religión	99
Lecturas latinas.....	110
V) La guerra	119
Lecturas latinas.....	125
VI) Vida social, política y administrativa.....	135
Lecturas latinas.....	146
C. Iulivs Caesar.....	157
<i>De Bello Civili</i>	158
C. Sallvstivs Crispus.....	167
<i>De conivratione Catilinae</i>	168
M. Tvllivs Cicero	177
<i>De Divinatione</i>	178
<i>Las Verrinas</i>	181
P. Vergilivs Maro.....	187
<i>Égloga I</i>	188
<i>Égloga IX</i>	191
Clave del Método de Latín II	195
Vocabulario latino	333

Presentación

El año 2004, la Universidad de Deusto, movida por el loable deseo de paliar, en la medida de lo posible, la continuada e implacable marginación de los estudios clásicos, reeditó, en edición facsímil, la *Gramática latina*, que yo publiqué, como autor-editor, en el año 1961.

Posteriormente se publicaron el *Método de Latín*, que completaba dicha obra, y la *Clave del Método de Latín*, que contiene las soluciones de los ejercicios y la traducción de los textos de su antología.

La favorable acogida dispensada a tales obras nos ha animado a reeditar un segundo *Método de Latín*, que fue aprobado, como texto oficial de 5.º curso de Bachillerato en julio de 1964.

El presente *Método de Latín II* constituye un libro de ejercicios, parte esencial del aprendizaje de cualquier lengua. En cada uno de tales ejercicios se indica el número del párrafo de la *Gramática Latina* en el que se explica el mismo tema.

Para facilitar la traducción de los textos latinos, en esta edición se ha incluido un *Vocabulario básico*, en el que cada palabra latina va seguida, además de su equivalencia en español, de las voces que de ella derivan en castellano, en gallego, en catalán, en euskera, en francés y en inglés.

Esperamos que esta obra contenga el material didáctico necesario para la actual preparación en los estudios de la lengua latina.

El autor

Ejercicios de sintaxis

Los adjetivos y numerales

EL ADJETIVO COMPARATIVO

Gramática, §§ 93-103

1. Apud Gallos de maioribus rebus principes consultant, de minoribus omnes.—2. Multae res exstiterunt urbanae maiores clarioresque quam bellicae. Sunt enim domesticae fortitudines non inferiores militaribus; in quibus plus etiam quam in his operae studiique ponendum est.—3. Non generati a natura sumus ad ludum et iocum, sed potius ad quaedam studia graviora atque maiora.—4. Multi homines ingenium, quo neque melius neque amplius in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt.—5. Quo clarius erat, eo magis anxius erat.—6. Melior tutiorque est certa pax quam sperata victoria.—7. Pestilentia fuit minacior quam perniciosior (= magis minax quam perniciosa).—8. Eo cum de improvise celeriusque omni opinione venisset, Remi ad eum legatos miserunt.—9. Cato litteras graecas iam senior didicit.—10. Micipsae regis liberorum minor natu fuit Hiempsal, maior autem Adherbal.—11. Eo crasior aer est, quo terris propior.—12. Hoc bellum longius fuit quam atrocius.—13. Phidiae simulacris, quibus nihil in illo genere perfectius videmus, cogitare tamen possumus pulchriora.—14. Gaudium, cum maius atque longius est, mortiferum esse potest.—15. Potior est dignitas sine vita, quam vita sine dignitate.—16. Hieme dies sunt breviores et noctes longiores.

EL ADJETIVO SUPERLATIVO

Gramática, §§ 93-103

1. Crassum habuisse quinque res optimas dicitur: erat divitissimus, erat nobilissimus, erat eloquentissimus, erat summus iurisconsultus, erat Pontifex Maximus. Tamen minus felix fuit in bello quam fuerat in urbe. Quis autem ante mortem felicissimus dici potest? Facillime autem ad res iniustas impellitur, ut quisque

altissimo animo est, gloriae cupiditate.—2. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit et ditissimus Orgetorix.—3. Homo omnium quos terra sustinet sceleratissimus.—4. Victoriarum omnium optima est se ipsum vincere.—5. Ab imis unguibus usque ad summum caput fallax erat Ulixes.—6. Vergilius et Horatius poetarum latinorum nobilissimi, eodem tempore vixerunt.—7. Noctu de servis suis quem habuit fidelissimum Themistocles ad regem misit.—8. Helvetii constituerunt iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementesque quam maximas facere.—9. Quodsi liber populus deliget eos, quibus se committat, deliget, si modo salvus esse vult, optimum quemque.—10. Optimus quisque facere quam dicere malebat.—11. Ei primo coepere pessimum quemque indemnatum necare.—12. Iugurtha quam maximas potest copias armat.—13. Caesar quam maximis potest itineribus in Galliam contendit.—14. Res difficillimae consuetudine fiunt facillimae.—15. Nero fuit Caligulae simillimus.—16. Italia Galliae proxima est.—17. Ea urbs, quia postrema aedificata est, Neapolis nominatur.—18. Scipio adulescens summae virtutis erat.—19. Nemo sine vitiis nascitur; optimus ille est qui minimis vitiis urgetur.—20. Apud antiquissimos Romanos maiores natu a minoribus colebantur atque priores et potiores habiti erant; seniores autem a iunioribus amabantur.

LOS NUMERALES

Gramática, §§ 104-114

1. Xerxes classem mille ducentarum navium ornavit et exercitum septingentorum milium peditum ac quadringentorum milium equitum paravit.—2. Solon unus e septem sapientibus Graeciae fuit.—3. Amicitia est unus animus in duobus corporibus.—4. Numa rex annum in duodecim menses descripsit.—5. Caesar tribus et viginti vulneribus occisus est.—6. Mardonius cum ducentis milibus peditum et viginti milibus equitum apud Plataeas profligatus est.—7. Vergilius decessit annos unum et sexaginta natus.—8. Horatius poeta post septimum et quinquagesimum annum mortuus est.—9. In pugna apud Cannas quadraginta quinque milia peditum et quingenti, duo milia equitum et septingenti caesa sunt; in his undetriginta tribuni militum et octoginta senatores. Tria milia peditum capta sunt et equites mille et quingenti.—10. Septem fuerunt reges Romani: primus fuit Romulus, secundus Numa, tertius Tullus Hostilius, quartus Ancus Marcius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Servius Tullius, septimus Tarquinius Superbus.—11. Seneca anno sexagesimo quinto post Christum decessit.—12. Bini centuriones singulis cohortibus praepositi erant.—13. Romae quotannis bini consules creabantur.—14. Germani singulis uxoribus contenti sunt.—15. Aspice bis senos cycnos.—16. Marcellus quinquies consul creatus est.—17. Sunt mihi bis septem nymphae.

Los pronombres

PRONOMBRES PERSONALES Y PRONOMBRES-ADJETIVOS POSESIVOS

Gramática, §§ 115-123

1. Allobroges Umbrenum orabant ut sui misereretur.—2. Themistocles Atheniensibus persuasit, ut sibi salutem suam committerent.—3. Caesar cohortes se subsequi iussit.—4. Audi, Iuppiter, et tu, Iane Quirine, deique omnes caelestes, vosque terrestres vosque inferni, audite.—5. Sunt nobis mitia poma.—6. Mihi amicitia cum Caesare erat.—7. Saepe maiores vestri miseriti plebis Romanae decretis suis inopiae eius opitulati sunt.—8. Olim sua cuique satis placebant.—9. Quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris?—10. Servus a te missus tuam epistulam mihi reddidit.—11. Tu perpastus es, at ego fame pereor, dixit lupo.—12. Hannibal apud Trasumenum Romanos suis copiis circumfudit.—13. Consul urbem cepit eiusque divitias diripuit.—14. Athenienses in suas naves confugerunt.

PRONOMBRES-ADJETIVOS DEMOSTRATIVOS

Gramática, §§ 125-135

HIC, HAEC, HOC (§§ 125-126).—1. Utinam hic annus nobis pacem afferat!—2. Huic epistulae omnia mea consilia commisi.—3. Huius aetatis est optimus scriptor Cicero.

ISTE, ISTA, ISTUD (§§ 127-128).—1. Quae tua enim est ista vita?—2. Catilinae, istius rei publicae pestis, nefaria scelera patent.—3. Nihil est tetricius impietate istorum qui patriae bellum inferunt.

ILLE, ILLA, ILLUD (§§ 129-130).—1. Homerus maximus poeta est: illius opera legamus.—2. Haec sunt facilia, illa difficillima.—3. Quis cladem illius noctis explicet?—4. Ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa maturam senectutem, hic longam adulescentiam reddit.—5. Romae, in iudiciis, eum, pro quo di-

cebat, patronus verbis «**nos, hic**» designabat, quia eum iuxta se habebat. Adversarium autem, qui ex altera parte tribunalis stabat, verbis «**tu, iste**» compellabat, eumque semper increpabat; unde fortasse verbum «**iste**» malum et inimicum hominem designavit. De iudice contra, qui in summo tribunali sedebat, quoties patronus dicebat, eum verbo «**ille**» designabat. Nonne hac de causa verbum «**ille**» magnum et laude dignum virum significavit, quoniam iudicem patronus semper laudabat?

IS, EA, ID (§§ 131-132).—1. Eis, qui nobis iniuriam fecerunt, ignoscere debemus.—2. Romani Albam expugnaverunt eiusque incolas Romam transportaverunt.—3. Turpius est amicis diffidere, quam ab eis decipi.—4. Quod adulescentes, et ii quidem indocti, contemnunt, id docti senes extimescent?—5. Eo animo est, ut nullius audaciae cedat.—6. Non is erat, qui laudem expeteret.

IDEM, EADEM, IDEM (§ 133).—1. Egomet in agmine aut in proelio consultor idem et socius periculi vobiscum adero.—2. In eodem homine maximae virtutes ingentiaque vitia erant.—3. Quaedam bestiolae eodem die nascuntur et moriuntur.—4. Rex idem et augur erat.—5. Vir bonus idemque doctissimus erat.

IPSE, IPSA, IPSUM (§§ 134-135).—1. Sapientes se ipsi non laudant.—2. Strenui milites pericula, labores, mortem ipsam non recusant.—3. Ipse duos hostium exercitus vicit, ipse.—4. Sapiens honores ipsos et divitias contemnit.—5. In bellis civilibus victoria ipsa est taeterrima.—6. Nunquam nobis caeca videtur fortuna, nisi ab ea vexamur ipsi.—7. Ipse Priamus iubet arcta levare vincula.—8. Cato mortuus est annis octoginta sex ipsis ante me consulem.

PRONOMBRES-ADJETIVOS RELATIVOS

Gramática, §§ 136-142; 350-354

QUI (Gram., 136-140).—1. Multa sidera sunt, quae oculis videre non possumus.—2. Multa sunt sine quibus hominum vita beata esse non potest.—3. Infelices ii sunt, quibus cupiditates imperant.—4. Quos fortuna erexit, saepe fortuna demittit.—5. Hoc qui videat, nonne confiteri deos esse cogitur?—6. Arbores serit agricola, quarum fructus ipse aspiciet nunquam.—7. Rex, cui omnes cives oboediunt, ipse legibus oboedire debet.—8. Ea libenter credimus, quae cupimus.—9. Quos volunt perdere dei, prius dementes reddunt.—10. Non is bonus est, qui se ipse laudat, sed is quem optimi laudant homines.

QUICUMQUE (Gram., 141).—1. Is Ascanius, ubicumque et quacumque matre genitus, urbem matri seu novercae reliquit, novam ipse aliam sub Albano monte condidit.—2. Omnes homines, quicumque sunt, fratres nostri sunt; quos nobis neque contemnere neque in rebus adversis destituere licet.

QUISQUIS (Gram., 142).—Quidquid enim iustum sit, id etiam utile esse censent, itemque quod honestum, idem iustum; ex quo efficitur, ut quidquid honestum sit, idem sit utile.

PRONOMBRES-ADJETIVOS INTERROGATIVOS

Gramática, §§ 143-147

QUIS? (Gram., 143-144). **Examen de conciencia** (Adapt. de Séneca).—Quotidie ante nocturnam quietem animum tuum interroga: «Quod malum tuum hodie sanavisti? Cui vitio obstitisti? Quā parte melior es?» Quid hac consuetudine pulchrius est? Qualis erit tuus somnus, cum totum diem sic tecum eris scrutatus: «Quibus officiis defuisti? Cui es iratus? Quocum es altercatus? Quem irrisisti? De quo male es locutus? Quem amicum decepisti? Quid iusiurandum violavisti? De quo bene meritus es? Cuius te miseruit? Quorum peccatorum te paenituit?» Mihi crede: quotidie rationem reddere debet animus.

Compuestos de **QUIS** (Gram., 145).—1. Miserunt Delphos consultum quidnam facerent de rebus suis.—2. Quisnam tuebitur igitur P. Scipionis memoriam?—3. Num quid vis?—4. Scire velim numquid necesse sit.

UTER, UTRA, UTRUM? (Gram., 146).—1. Philippo successit Alexander: uter est clarior? Utrius maior fuit ambitio?—2. Rex ignorabat uter esset Orestes.—3. Uter utri anteferendus videretur nesciebat.—4. Hic bellum et pacem portamus; utrum placet, sumite.

INTERROG. EXCLAMATIVOS (Gram., 147).—1. Qualem amicum perdidisti!—2. Qualis esset natura montis qui cognoscerent misit.—3. Quantas calamitates hoc bellum vobis attulit!—4. Quantum adiit periculum!—5. Quot magistros dividisti?—6. Quot et quanti poetae exstiterunt!—7. Quot sunt? Totidem quot ego et tu sumus.

PRONOMBRES-ADJETIVOS INDEFINIDOS

Gramática, §§ 148-166

QUIS (Gram., 149).—Si quis quid de re publica accepit, ad magistratum deferat, neve cum quo alio communicet.

QUISPIAM (Gram., 150).—Si cuiquam pecuniam fortuna ademit.

ALIQUIS (Gram., 151).—1. Omnes dies hominibus aliquam novam curam apportant.—2. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit.

QUIDAM (Gram., 152).—1. Quibusdam victoribus ducibus senatus triumphum non decrevit.—2. Quaedam vitia nunquam corriguntur.—3. Sapientes irae suae frenum quoddam imponunt.—4. Mors Caesaris quibusdam prodigiis nuntiata est.—5. Quidam consilia dant aliis, qui se ipsi regere nesciunt.

QUISQUE (Gram., 153).—1. Quo quisque est doctior, eo est modestior.—2. Iustitia suum cuique tribuit.—3 Pecunia semper ab amplissimo quoque clarissimoque contempta est.—4. Imperium semper ad optimum quemque a minus

bono transfertur.—5. Strenuissimus quisque aut occiderat in proelio aut graviter vulneratus discesserat.—6. Suus cuique mos est.—7. Quinto quoque anno Romae censum agebant censores.—8. Suo quisque debet officio fungi.

UNUSQUISQUE (Gram., 154).—Catilina notat et designat oculis ad caedem unumquemque nostrum.

UTERQUE (Gram., 155).—1. Aeneas, ut animos Aboriginum sibi conciliaret, Latinos utramque gentem appellavit.—2. In utroque cornu equitatus erat.—3. Ambo consules triumphum petebant: utrique decrevit senatus.—4. Uterque eorum exercitum educunt.

QUISQUAM (Gram., 156).—1. Neque locus neque amicus quisquam teget quem arma non texerint.—2. Dux edixit ne quisquam e castris exiret.—3. Nego esse quidquam a testibus dictum, quod aut vestrum cuipiam esset obscurum, aut cuiusdam oratoris eloquentiam quaereret.—4. Neque quidquam factum est.—5. Multi homines multa suscipiunt nec quidquam perficiunt.

ULLUS (Gram., 157).—1. Nusquam ullum virum vidimus.—2. Neque ullus vir venit.—3. Helvetii dicebant sibi esse in animo sine ullo maleficio iter per provinciam facere.—4. Nemo ullius nisi fugae memor erat.

NEMO, NIHIL, NULLUS (Gram., 158).—1. Video de istis abesse non neminem.—2. Nemo venit; neminem vidi; nihil feci; nullum virum vidi.—3. Nihil dulcius homini est libertate.—4. Tribunis plebis nullum diem abesse Roma licebat.—5. Nullas non regiones peragravit Ceres, ut filiam quaereret.—6. Omnia consilia non nulla in re emendari possunt.—7. Non nulla vitia in maximis ipsis scriptoribus reperiuntur.—8. Scimus te nihil non efficere posse.—9. Hannibal non nihil temporis litteris tribuit.

NEUTER (Gram., 159).—1. Neutra acies laeta ex eo certamine abiit.—2. Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum dicemus.

QUIVIS, QUILIBET (Gram., 160).—1. Statuit quovis modo inceptum perficere.—2. Iam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset.—3. Cuiusvis hominis est errare.

ALTER, ALIUS (Gram., 161).—1. In altero miseris perfugium erat, in altero malis perniciēs.—2. Duae fuerant Ariovisti uxores: utraque in ea fuga periit; duae filiae; harum altera occisa, altera capta est.—3. Alter consul in proelio cecidit, alter evasit incolumis.—4. Alteri saepe ignoscito, tibi nunquam.—5. Hostes perturbatos atque alios alibi resistentes interficit.—6. Aliud alii natura iter ostendit.—7. Alia aliis licentia est.—8. Postremo pro cuiusque ingenio pollicitando, minitendo, obtestando, alium alio modo excitabat.—9. Proelia multa, alia aliis locis, fecit.—10. Diversae legiones aliae alia in parte hostibus resistebant.—11. Dies unus, alter, plures transierant.—12. Bestiae aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae.

ALTERUTER (Gram., 162).—1. Mandaram ut alteruter vestrum ad me veniret.—2. Alterutrum velox victoria fronde coronet.

TOTUS (Gram., 163).—1. Omnes Galliae totius milites a Vercintegorige ducebantur.—2. Dictator claudi tabernas tota urbe iubet.—3. Hostes eaque tota docte continenter ierunt.—4. Constat insulam Siciliam totam esse Cereri consecratam.

UNUS (Gram., 164).—Duae sunt artes, quae possint locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni.

SOLUS (Gram., 165).—1. Solo in homine ratio invenitur.—2. Non tibi soli natus es, sed patriae tuae.—3. Cum parte equitatus proficiscitur in loca sola.

CORRELACIONES (Gram., 166).—1. Ut res non tales, quales ante habitae sint, habendae videantur.—2. Qualis dominus, talis servus.—3. Videre me videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit.—4. Tot et tantas res optavi, quot et quantas di immortales ad Q. Pompeium detulerunt.

El verbo

USO DE LOS TIEMPOS DEL TEMA DE PRESENTE EN ORACIONES PRINCIPALES

Gramática, §§ 176-188 (formas de Indicativo y Subjuntivo)

Presente de Indicativo (Gram., 178-179).—1. Roma interim crescit Albae ruinis, duplicatur civium numerus, Caelius additur mons.—2. Ego hos conveniam, post huc redeo.—3. Silvius deinde regnat; is Aeneam creat.—4. Audentes fortuna iuvat.—5. Decorum est pro patria mori.

Pretérito Imperfecto de Indicativo (Gram., 180-181).—1. Ipsum erat oppidum in colle summo, cuius radices duo flumina subbluebant; ante oppidum planities patebat; reliquis ex omnibus partibus colles oppidum cingebant.—2. Ea commemorando militum animos accendebat.—3. At Barbari praemisso equitatu et essedariis, reliquis copiis subsecuti nostros navibus egredi prohibebant. Nostri cohortati inter se universi ex navi desiluerunt.—4. Barbari ex silvis rari propugnabant nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant. At milites legionis septimae locum ceperunt eosque ex silvis expulerunt.—5. Iuno Troas arcebat Latio.—6. Solliciti eramus de tua valetudine (**est. epistolar**).

Futuro Imperfecto (Gram., 182-184).—1. Si utilitate omnia metienda sunt, negleget leges easque perrumpet, si poterit, is, qui sibi eam rem fructuosam putabit fore.—2. Nobiscum versari iam diutius non potes; non feram, non patiar, non sinam.—3. Qui fallere insuerit patrem tanto magis fraudare audebit ceteros.—4. Donec eris felix, multos numerabis amicos; tempora si fuerint nubila, solus eris.—5. Multorum oculi et aures te custodient.—6. Referes ergo haec et nuntius ibis Pelidae genitori.—7. Excudent alii spirantia mollius aera, vivos ducent de marmore vultus, orabunt causas melius...: tu regere imperio populos, Romane, memento.

Presente de Subjuntivo (Gram., 185-186).—1. Quo me vertam? Quid faciam? Quod auxilium implorem?—2. Sit Verres fur, sit sacrilegus, at est bonus impera-

tor.—3. Ubi hominem invenias, qui honorem amici anteponat suo?—4. Sint sane liberales ex sociorum fortunis; sint misericordes in furibus aerarii; ne illi sanguinem nostrum largiantur et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnes perditum eant.—5. Quid agam? Aut quo potissimum infelix accedam?—6. Quare secedant improbi; secernant se a bonis, unum in locum congregentur; muro denique secernantur a nobis; desinant insidiari domi suae consuli; sit inscriptum in fronte uniuscuiusque quid de re publica sentiat.—7. Aut exeant aut quiescant aut ea quae merentur exspectent.—8. Omnia deficient; animus tamen omnia vincit.—9. Omnes fremant, dicam quod sentio!—10. Moriamur et in media arma ruamus.—11. Di tibi praemia digna ferant.

Pretérito Imperfecto de Subjuntivo (Gram., 187-188).—1. Quid agerem, iudices? Contenderem contra tribunum plebis privatus armis?—2. Isti mirandum in modum —canes venaticos dicerem— odorabantur omnia et pervestigabant.—3. Sed confecto proelio, tum vero cererem quanta audacia fuisset in exercitu Catilinae.—4. Utinam pater meus viveret!—5. Vix quisquam hoc crederet.—6. Utinam rex ipse adesset.—7. At tu dictis maneres!

USO DE LOS TIEMPOS DEL TEMA DE PERFECTO EN ORACIONES PRINCIPALES

Gramática, §§ 189-210 (formas de Indicativo y de Subjuntivo)

Pretérito Perfecto de Indicativo (Gram., 201-203).—1. Fuisti igitur apud Laecam illa nocte, Catilina; distribuisti partes Italiae; statuisti quo quemque proficisci placeret; delegisti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres; descripsisti urbis partes ad incendia; confirmasti te ipsum iam esse exiturum; dixisti...; reperti sunt duo equites Romani qui...—2. Romani apud Cannas ab Hannibale victi sunt.—3. Quattuor ferme horas pugnatum est.—4. Perii, si me aspexerit.

Pretérito Pluscuamperfecto de Indicativo (Gram., 204).—1. In templo Delphico magnae divitiae congestae erant.—2. Alexander ab Aristotele erat eruditus.—3. Nihil habebam quod scriberem, neque enim novi quicquam audieram et ad tuas rescripseram pridie (**estilo epistolar**).—4. Aquila in sublimi quercu nidum fecerat; feles cavernam nacta in media pepererat: sus nemoris cultrix fetum ad imam posuerat. Tum fortuitum feles contubernium, fraude et scelestas sic evertit malitia.—5. Dixerat, et spissis noctis se condidit umbris.

Futuro Perfecto (Gram., 205-206).—1. Si feceris, maxime obtemperaris voluntati meae.—2. Haec si impetro abs te, satis fructi cepero.—3. Pugna a peditibus iam erit commissa cum equites advenient.—4. Neutrum faciam, patres conscripti, et, si nulla alia re, modestia certe et temperando linguae adulescens senem vicero.—5. Ego certe meum rei publicae atque imperatori officium praestitero.—6. Ego omnibus meis exitio fuero.

Pretérito Perfecto de Subjuntivo (Gram., 207-208).—1. Hoc sine ulla dubitatione confirmaverim, eloquentiam esse rem omnium difficillimam.—2. Bona te Venus iuverit.—3. Tu mecum fueris?—4. Fuerint illi cupidi, fuerint irati; parricidii vero crimine liceat iis carere.—5. Audierit nostras tot Cytherea preces.—6. Venerit iste si furor, optarim non habuisse manus.—7. Quis enim celaverit ignem?—8. Orator sit enim mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit, ista ipsa praecepta acceperit.

Pretérito Pluscuamperfecto de Subjuntivo (Gram., 209-210).—1. Utinam Catilina omnes secum copias eduxisset!—2. Atque utinam res publica stetisset quo coeperat statu!—3. Vicissent improbos boni; quid deinde?—4. Utinam ne tibi id suadere in mentem mihi incidisset!—5. Utinam omnes M. Lepidus servare potuisset.—6. Restitisses, repugnasses, mortem pugnans oppetisses.—7. Eadem me ad fata vocasses; idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.

EXPRESIÓN DEL RUEGO, DE LA ORDEN Y DE LA PROHIBICIÓN

Gramática, §§ 211-213

1. Expergiscimini aliquando et capessite rem publicam.—2. Ferte auxilium, subvenite inopi.—3. Vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite, observate talem hunc virum, imitamini virtutem, et enitemini ne ego meliores liberos sumpsisse videar quam genuisse.—4. Ne saevi, magna sacerdos.—5. Catilina, perge quo coepisti; egredere aliquando ex urbe; patent portae; proficiscere. Educ tecum etiam omnes tuos; si minus, quam plurimis purga urbem.—6. Consulite vobis; prospicite patriae; conservate vos, coniuges, liberos fortunasque vestras; populi Romani nomen salutemque defendite.—7. Consules militiae summum ius habento, nemini parento, illis salus populi suprema lex esto.—8. Fuge, nate dea, teque his eripe flammis.—9. Cura ut, quam primum venias.—10. Fac cogites in quanta calamitate sis, et memineris te virum esse. Consideres quid tuae rationes postulent; auxilium petas ab omnibus, etiam ab infimis.—11. Ne transieris Hiberum.—12. Sed cave, amabo, quicquam cogitaris.—13. Haec et cetera, quae ad nos pertinebunt, cogitabis ad meque scribes.—14. Noli flere.—15. Nolite id velle, quod fieri non potest.—16. Nolite existimare maiores nostros armis rem publicam ex parva magnam fecisse.—17. Subvenite mihi misero, ite obviam iniuriae, nolite pati regnum Numidiae tabescere.—18. Cave quicquam mihi responderis.—19. Cave credas! cave ignoscas! cave eum defendas!

EL INFINITIVO

Gramática, §§ 214-221

INFINITIVO SUJETO O COMPLEMENTO DE VERBOS.—Gramática, 217 y 218

A) Infinitivo Sujeto.—1. Loquor de docto et erudito homine, cui vivere est cogitare.—2. Praestat honeste vivere quam honeste natum esse.—3. Senem ante tempus fieri miserum est.—4. Huic legi nec obrogari fas est, neque derogari ali-

quid ex hac licet, neque tota abrogari potest.—5. Pulchrum est bene facere rei publicae, etiam bene dicere haud absurdum est; vel pace vel bello clarum fieri licet.—6. Nonne emori per virtutem praestat quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere?—7. In maxima fortuna minima licentia est: neque studere, neque odisse, sed minime irasci decet.—8. Maius dedecus est parta amittere quam omnino non paravisse.—9. In victoria vel ignavis gloriari licet; adversae res etiam bonos detrectant.—10. Nobilitatem peperisse melius est quam acceptam corrupisse.—11. Possumus esse beati; debemus esse boni.—12. Mihi licet esse liberali.—13. lilis timidis et ignavis licet esse, vobis necesse est fortibus viris esse.

B) Infinitivo Complemento Directo.—1. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, labi autem, errare, nescire, decipi et malum et turpe dicimus.—2. Ibi insuevit exercitus populi Romani potare, signa, tabulasque pictas, vasa caelata mirari, ea rapere, delubra spoliare, sacra profanare omnia polluere.—3. Micipsa, quod erat Iugurtha adpetens gloriae militaris, statuit eum obiectare periculis et eo modo fortunam temptare.—4. Dominari illi volunt, vos liberi esse; facere illi iniurias, vos prohibere.—5. Ferre laborem, contemnere vulnus consuetudo docet.—6. Vineae coeptae agi admoverique aries.—7. Colloquia fieri coepta sunt.—8. Veteres orationes post nostras a plerisque legi sunt desitae.—9. Octavo mense quam coeptum oppugnari, captum Saguntum quidam scripsere.

C) Infinitivo Complemento Circunstancial.—1. Eximus ludos visere.—2. Non nos aut ferro Libycos populare Penates venimus aut raptas ad litora vertere praedas.—3. Abiit aedem visere Minervae.—4. Habeo scribere epistulam.

INFINITIVO COMPLEMENTO DE SUSTANTIVOS Y ADJETIVOS.—Gramática, 219

1. Legi dignus.—2. Cupidus portendere pacem.—3. Boni tu calamos inflare, ego dicere versus.—4. Cupidus mori.—5. Vertere terga pudor.—6. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros et breviter Troiae supremum audire laborem, incipiam.—7. Eludendi occasio est mihi et curam adimere.—8. Dies felix ponere vitem.—9. Culpam occidisse illum.—10. Sagax futura videre.—11. Subit ira cadentem ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.—12. Paratus seu versare dolos, seu certae occumbere morti.

Infinitivo Sustantivado.—(Gram., 220)—1. Turpe est mentiri.—2. Discere nihil aliud est nisi recordari.—3. Bene vivere vos in voluptate ponitis.—4. Hic vereri perdidit.—5. Quid est agrum bene colere? Bene arare.—6. Communis illa cupiditas omnibus mortalibus, beate vivere.—7. Cuius non dimicare vincere fuit.—8. Ea potestas magistratui maxima permittitur, bellum gerere.—9. Dicere bonum est, tacere melius.—10. Invidere non cadit in sapientem.—11. Nostrum istud vivere triste.

Infinitivo Histórico (Gram., 221, A).—1. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia permanere.—2. Nostri primo fortiter repugnare neque ullum frustra telum ex loco superiore mittere; ut quaeque pars castrorum nudata defensoribus premi

videbatur, eo occurrere et auxilium ferre; sed hoc superari, quod diuturnitate pugnae hostes defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant.—3. Cotidie Caesar Aeduos frumentum flagitare; diem ex die ducere Aedui; conferri, comportari, adesse dicere.—4. Neque post haec Iugurthae dies aut nox ulla quieta fuit: neque loco neque mortali cuiquam aut tempori satis credere: cives hostesque iuxta metuere, circumspectare omnia et omni strepitu pavescere; alio atque alio loco noctu requiescere, interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere: ita formidine quasi vaecordiā exagitari.—5. Catilina per montes iter facere; modo ad urbem, modo Galliam versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare.—6. Hoc modo Pacuvius Calavius vitae beneficio senatum sibi plebique obnoxium fecerat. Hinc senatores, omissa dignitatis libertatisque memoria, plebem adulari; salutare, benigne invitare, apparatis accipere epulis, eas causas suscipere, ei semper parti adesse, quae magis popularis esset: iam vero nihil in senatu agi aliter, quam si plebis ibi esset concilium (**Livio**).—7. Clamare omnes, ego instare.

Infinitivo Exclamativo (Gram., 221, B) — 1. Me miserum! Te in tantas aerumnas propter me incidisse!—2. Mene Iliacis occumbere campis non potuisse tuāque animam hanc effundere dextra?—3. Hoc non videre!

LOS PARTICIPIOS

Gramática, §§ 222-227

PARTICIPIO USADO CON VALOR NOMINAL.—Gramática, 224

Como Adjetivo (224, A y 231, B).—1. Civitatem optandam magis quam sperandam Plato effecit.—2. Lucius Catilina alieni appetens, sui profusus fuit.—3. Historia homines futuras res praevidere docet.—4. Venturique inscius aevi.—5. Genus omne futurae stirpis.—6. Iamque dies infanda aderat.—7. Clamores simul horrendos ad sidera tollit.—8. Infandum, regina, iubes renovare dolorem.

Como Sustantivo (224, A).—1. Omnes aliud agentes, aliud simulates, improbi sunt.—2. Soli enim ratione utentes iure ac lege vivunt.—3. Verba volant, scripta manent.—4. Oratio tua animos audientium delectavit.—5. Ardor pugnantium paulatim extinctus est.—6. Armatos vident stantes in limine primo.—7. Certant illudere capto.—8. Armatos fundit equus.—9. Pro talibus ausis, di praemia reddant debita.—10. Magna sacerdos praescia venturi.

PARTICIPIO CONCERTADO.—Gramática, 226-227, B

Valor Temporal (227, B, 1).—1. Cenato mihi, etiam dormitanti, epistula est illa reddita.—2. Hostes victoriam adepti se in castra receperunt.—3. Tandem L. Catilinam, furem audacia, scelus anhelantem, pestem patriae nefarie molientem, vobis atque huic urbi ferro flammaque minitantem, ex urbe eiecimus.—4. Urbem vobis Hannibal adimit, agros relinquit, locum adsignaturus, in quo novum oppidum aedificetis.—5. Dictator ad hostem ducit, nullo loco fortunae se commis-

surus.—6. Ad hoc discrimen procedunt duo fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi eo die aut eversuri.—7. Omne malum nascens facile opprimitur.—8. Duci morienti victoria nuntiata est.

Valor Causal (227, B, 2).—1. Inscitia pransi, poti, oscitantis ducis tantae caedis causa fuit.—2. Sp. Maelius regnum appetens interemptus est.—3. Illum exercitum contemno, conlectum ex senibus desperatis.—4. Athenienses corruptum a rege Alcibiadem capere urbem noluisse arguebant.

Valor Condicional (227, B, 3).—1. Quis potest, mortem metuens, esse non miser?—2. Epistulae offendunt non loco redditae.—3. Hanc adepti victoriam, in perpetuum se fore victores confidebant.

Valor Concesivo (227, B, 4).—1. Ut oculus, sic animus, se non videns, alia cernit.—2. Risum interdum ita repente erumpit, ut eum cupientes tenere nequeamus.—3. Dux urbem summa vi oppugnatam non cepit.—4. Dux oppidum paucis defendentibus non cepit.—5. Perturbatus Lentulus, tamen signum cognovit.

Valor Final (227, B, 5 y 231, A).—1. Legati venerunt pacem petentes.—2. Iugurtha non se luxui neque inertiae corrumpendum dedit.—3. Obsidibus imperatis centum, hos Haeduis custodiendos tradit.—4. Hannibal in Africam profectus est patriam defensurus.—5. Mihi Munatius eas litteras legendas dedit.—6. Fertur moriturus in hostes.—7. Galli ad Clusium venerunt castra oppugnaturi.

Valor de Oración de Relativo.—1. Pulchrum est erranti monstrare viam.—2. Lex est recta ratio imperans honesta, prohibens contraria.—3. Pisistratus Homeri libros, antea confusos, in ordine disposuit.

PARTICIPIO ABSOLUTO.—Gramática, 226 y 227, B

Valor Temporal (227, B, 1).—1. Mortuo Cicerone, forum siluit.—2. Tullo regnante, bellum inter Romanos et Albanos exstitit.—3. Artes innumerabiles repertae sunt, docente natura.—4. Caesar exploratis regionibus, albente caelo, omnes copias castris eduxit.—5. Hannibal Hiberum copias traduxit, praemissis qui Alpium transitus specularentur.—6. Haec ego omnia, vixdum coetu vestro dimisso, compari.—7. His rebus ita actis, constituta nocte qua proficiscerentur, Cicero praetoribus imperat ut Allobrogum comitatus deprehendant.—8. Sulla omnia pollicito, legati circiter dies quadraginta ibidem opperiuntur.—9. Caesar, ubi suos urgeri signisque in unum locum conlatis confertos milites vidit, quartae cohortis centurionibus occisis signiferoque interfecto, signo amisso, reliquarum cohortium omnibus fere centurionibus aut vulneratis aut occisis, scuto ab novissimis uni militi detracto, quod ipse sine scuto venerat, in primam aciem processit, centurionibusque nominatim appellatis, reliquos cohortatus milites, signa inferre et manipulos laxare iussit, quo facilius gladiis uti possent. Cuius adventu spe inlata militibus ac redintegrato animo, paulum impetus hostium tardatus est.—10. Galba, secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta, constituit cohortes duas in Nantuatibus conlocare.

Valor Causal (227, B, 2).—1. Regnari omnes volebant, libertatis dulcedine nondum experta.—2. Utpote capta urbe, nostri tutius pabulabantur.

Valor Condicional (227, B, 3).—Sublata amicitia, quae potest esse vitae iucunditas? Quatenus sollicitudo vexaret impios, sublato suppliciorum metu?

Valor Concesivo (227, B, 4).—1. Caesar quamquam obsidione Massiliae retardante, brevi tamen omnia subegit.—2. Etsi aliquo accepto detrimento, nostri locum ceperunt.

Valor Comparativo (227, B, 6).—1. Hostes maximo clamore, sicuti partiam atque explorata victoria, turres testudinesque agere et scalis vallum ascendere coeperunt.—2. Interrogando expectandoque responsum nuntius fessus, ut re imperfecta, rediit Gabios.

Tipo «Cicerone Consule» (226).—1. Romulo rege Romani multa bella gesserunt.—2. Hannibale duce, Carthaginenses bellum Romanis intulerunt.—3. Hannibale vivo, Romani in magno discrimine semper versati sunt.—4. Iuventus Romana, duce Manlio, arcem ab hostibus defendit.—5. Alco, insciis Saguntinis, ad Hannibalem transiit.—6. Nemo erit, qui credat, te invito, provinciam tibi esse decretam.—7. Quod affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est.—8. Is, M. Messala M. Pisone consulibus, coniurationem nobilitatis fecit.

Tipo «Cognito Vivere Regem» (226).—1. Ad Galliam progressus est, nondum comperto quam regionem hostes petissent.—2. Cognito vivere regem, nuntium ad eum misit.—3. Alexander, audito Dareum movisse ab Ecbathanis, fugientem insequi pergit.—4. Consul, statione equitum ad portam posita, edicto ut, quicumque ad vallum tenderet, pro hoste haberetur, fugientibus obstitit.—5. Miles strictum Germanico obtulit gladium, addito acutius esse.—6. Quinctius, cognito iam in Thessalia Philippum regem esse, nondum comperto quam in regionem venisset, milites vallum parare iubet.—7. Hannibal Sagunto capto Carthaginem Novam in hiberna concesserat, ibique auditis quae Romae quaeque Carthagine acta decretaque essent, seque non ducem solum sed etiam causam esse belli, partis divenditisque reliquiis praedae, Hispani generis milites convocat.—8. Romulus auspicio urbem condidit.

PARTICIPIO EQUIVALENTE A UNA ORACIÓN COMPLETIVA O A UN ABSTRACTO VERBAL.—Gramática, 227, A, 1

1. Post Tarentum captum; pro recuperata libertate; ante Capitolium incensum; post urbem conditam; ab urbe condita; ante Christum natum.—2. Primus post reges exactos Brutus consul fuit.—3. Inter haec parata atque decreta Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum.—4. Ante Carthaginem deletam populus et senatus Romanus placide modesteque inter se rem publicam tractabant.—5. Caesar, quod memoria tenebat L. Cassium consulem occisum exercitumque eius ab Helvetiis pulsum et sub iugum missum, concedendum non putabat.—6. Angebant ingentis spiritus virum Sicilia Sardiniaque amissae.—7. Servus quidam Hasdruba-

lem ob iram interfecti ab eo domini obtruncavit.—8. Romani rupta foedera ultī sunt.—9. Quae Cenabi oriente sole gesta erant, ante primam confectam vigiliam in finibus Arvernorum audita sunt.—10. Placastis ventos virgine caesa.

PARTICIPIO DE PRESENTE CONCERTADO CON EL COMPLEMENTO DIRECTO DE VERBOS DE «PERCEPCIÓN», ETC.—Gramática, 227, A, 2

1. Vidi Catonem in bibliotheca sedentem, multis circumfusum libris Stoicorum.—2. Disiectam videt classem, opressos Troas.—3. Tendentem manus Priamum conspexit inermes.—4. Vidi ipse furem caede Neoptolemum; vidi Priamum sanguine foedantem ignes.—5. Augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetae, numquam inducunt deplorantem caecitatem suam.—6. Homerus Laertem colentem agrum facit.

PARTICIPIO DE PERFECTO DEPENDIENTE DE «VOLO» O DE OTRO VERBO DE SIGNIFICADO SIMILAR.—Gramática, 227, A, 3

1. Is patriam exstinctam cupit.—2. Domestica cura te levatum volo.—3. Te visum velim.

PARTICIPIO DE PERFECTO EN ABLATIVO SINGULAR NEUTRO DEPENDIENTE DE «OPUS EST» Y «USUS EST».—Gramática, 227, A, 4 y 316, 4

1. Facto non consulto in tali periculo opus est.—2. Celeriter mihi hoc homine convento est opus.—3. Prius quam incipias consulto et, ubi consulueris, mature facto opus est.—4. Consul anxius erat, dubitans quid facto opus esset.

TIPO «COGNITUM HABEO».—Gramática, 225

1. Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere.—2. Clodii animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum.—3. Caesar equitatum omnem, quem ex omni provincia coactum habebat, praemittit.—4. Urbem vobis, quam ex magna parte dirutam, captam fere totam habet, relinquit (Hannibal).

GERUNDIO Y GERUNDIVO

Gramática, §§ 228-231

En Acusativo.—1. Occissus est inter dimicandum.—2. Breve tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum.—3. Mores puerorum inter ludendum se simplicius detegunt.—4. Socrates ad parendum legibus adulescentes impellebat.—5. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam distineri coepti sunt.—6. Ad res publicas firmandas, et ad stabiliendas vires sanandosque populos omnis nostra pergit oratio.—7. Natura propensi sumus ad di-

ligendos nomines.—8. Marius existimabat Iugurtham ob suos tutandos in manus venturum.—9. Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur.—10. Parati erant ad omnia pericula subeunda.—11. Caesar ad cohortandos milites decucurrit.—12. Temporis tanta fuit exiguitas hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo ad insignia accomodanda, sed etiam ad galeas induendas scutisque tegimenta detrahenda tempus defuerit. Quaeque prima signa quisque conspexit, ad haec constitit, ne in quaerendis suis pugnandi tempus dimitteret.

En Genitivo.—1. Animantes hominum causa generatos esse constat, ut equum vehendi causa, arandi bovem, venandi et custodiendi canem. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum et imitandum.—2. Catilina, dissimulandi causa aut sui expurgandi, in senatum venit.—3. Lex est recta ratio imperandi atque prohibendi.—4. Multi e castris visendi aut spoliandi gratia processerant.—5. Metellus exercitum in provinciam hiemandi gratiā collocat.—6. Neque consilii habendi neque arma capiendi spatio dato, hostes perturbantur.—7. Caesar cognoverat magnam partem equitatus ab hostibus aliquot diebus ante praedandi frumentandique causa trans flumen missam (esse).—8. Plerisque libere decernendi facultas eripitur.—9. Nec mihi iam patriam spes ulla videndi (est).—10. Hannibal, spe potiundae Nolae adempta, Acerras recessit.—11. Nostri, subito omnibus portis eruptione facta, neque cognoscendi, quid fieret, neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt. Ita commutata fortuna eos qui in spem potiundorum castrorum venerant undique circumventos interficiunt.—12. Multi principes civitatis Romā non tam sui conservandi quam tuorum consiliorum reprimendorum causā profugerunt.—13. Aulus, aut conficiendi belli, aut ab rege pecuniae capiundae, milites in expeditionem evocat.—14. Caesar proelii committendi signum dedit.—15. Subito Galli belli renovandi legionisque opprimendae consilium ceperunt.—16. Occupandae rei publicae argui non poterant feminae.

En Dativo.—1. Consul comitia collegae subrogando habuit.—2. Ille iudex censor moribus regendis creatus est.—3. Brevi spatio interiecto, vix ut iis rebus quas constituissent conlocandis atque administrandis tempus daretur, hostes ex omnibus partibus decucurrere.—4. Tarquinius instabat, ut quam primum comitia regi creando fierent.—5. Decemviri sacris faciundis creati sunt.—6. Rei gerendae diem statuerunt.—7. Naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat, in portu erant.—8. Locus condendo oppido repertus est.—9. Dies sententiae ferendae iam appropinquabat.—10. Subducit legiones faciendis castris.—11. Haec medicina apta est mitigandis doloribus.—12. Vilicus arando, metendo, vindemiando praesit.—13. Sacris faciendis praeerant pontifices.

En Ablativo.—1. Iniurias ferendo maiorem laudem quam ulciscendo merebere.—2. Est quidem vera lex recta ratio, quae vocet ad officium iubendo, vetando a fraude deterreat.—3. Homines adulescentes, summam potestatem nacti, coepere senatum criminando plebem exagitare, dein largiundo atque pollicendo magis incendere.—4. Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt.—5. Caesar dando, sublevando, ignoscendo, Cato nihil largiundo gloriam adeptus est.—6. Metellus prohibendo a delictis magis quam vindicando exercitum brevi confirmavit.—7. De

bene beateque vivendo disputavimus.—8. Verbum lex a legendo venit.—9. Quaedam iumenta, sequendo vestigia agminis, in castra pervenerunt.—10. Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent et tamquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegerendo, ut elegantes ex elegendo, ex diligendo diligentes, ex intellegendo intellegentes.—11. Providentia ex providendo est appellata; amicitia dicta est ab amando.—12. Romani sociis atque amicis auxilia portabant, magisque dandis quam accipiendis beneficiis amicitias parabant.—13. Superstitione tollenda religio non tollitur.—14. Honestas in voluptate contemnenda saepe consistit.—15. Hostes, ubi de expugnando oppido et de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt, constituerunt domum suam reverti.—16. Galli sunt in consiliis capiendis mobiles.—17. Hamilcar ita se in Hispania augendo Punico imperio gessit, ut appareret, maius eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum.—18. In oppugnanda Massilia grave vulnus accepit.—19. Exercendum corpus et ita afficiendum est, ut oboedire consilio rationique possit in exsequendis negotiis et in labore tolerando.—20. A rebus gerendis non abstrahit senectus.

SUPINO

Gramática, § 232

En Acusativo.—1. Exclusi eos quos tu ad me salutatum mane miseris.—2. Equitatus pabulatum exiit.—3. Fuere cives qui seque remque publicam obstinatis animis perditum irent.—4. Non Graiis servitum matribus ibo.—5. Metellus ultum ire iniurias festinat.—6. Dux milites misit oppugnatum castra hostium.—7. Legati in castra venerunt questum iniurias et ex foedere res repetitum.—8. Rex Bocchus legatos Romanam miserat foedus et amicitiam petitem.—9. Legatos ad Bocchum mittit postulatam ne sine causa hostis populo Romano fieret.

En Dativo-Ablativo.—1. Pleraque dictu quam factu sunt facilliora.—2. O rem cum auditu crudelem, tum visu nefariam!—3. Catilina, id quod factu facillimum erat, circum se stipatorum catervas habebat.—4. Cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.—5. Perfacile factu esse illis probat conata perficere.—6. Incredibile memoratu est quam facile hi duo populi coaluerint.—7. Videtis nefas esse dictu miseram fuisse talem senectutem.—8. Obsonatu redeo.

CONJUGACIÓN PERIFRÁSTICA

Gramática, §§ 233-235

Activa (Gram., §§ 233-234).—1. Licet mihi praefari bellum maxime omnium memorabile, quae umquam gesta sint, me scripturum esse.—2. Nihil eorum sententia dicturus sum, qui turpissimam servitutem deditiois nomine appellant.—3. Si iturus est, eat.—4. Fiet tamen illud quod futurum est.—5. Cum apes iam evoluturae sunt.—6. Quid futurum est?—7. Scipio, qui Carthaginem ceperat,